

VALETVDINE.

100

late sua, non qualitate. Tertia est, florem salicis nocere partui, ob styp-ticamenim & exiccandi facultatem, partum difficilem reddit, unde Dio-scorides asyllipsian facere dixit, id est, ut mulier non concipiat. Lege de hac re eruditissimas Iani Cornarij annotationes in Macri lib. 4. ca-pit. 11.

DE CROCO.
CAP. LXXIII.

Confortare crocus dica-tur latificando.
Membraq; defecta confor-tat, epar reparando.

Ephrasis.

Heic recensentur quædam pro-prietates croci. Prima est, crocum confortare corpus humanum latifi-cando. Tantam porrò habet latifican-di siue exhilarandi uim, ut paulo co-piosius sumptus, ridendo enecet. Vn-de Auic. 2. Ca. ca. 130. Dicitur, inquit, quòd tres aurei de ipso interficiant latificando. Aureus aut est pondus sesquidragm e. Se-cũda est. Crocũ cõfortare mēbra defecta, et imprimis



N 4